Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8218
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Invidiæ stimulis, dirisq; ultricibus actos.
Ergo vitaleis miseri dum carpitis auras,
Dum cœpos mens ipsa sui est, dum certa facultas,
Dum ratio, tempusq; simunt, simul ite frequentes,
Ite pijs veniam factis exposcite vestris,
Ite animos purgate, Orciq; incubete rapinas:
Et tandem patrio mente concertite cœlo.
Sic rex ille hominum nacui spoliator Averni,
Oblitus scelerum, cognatæ stirpis amore,
Promissiq; memor, meteris intrabit amicas.
Vestraq; posthabitis recolet præcordia templis.
Postq; tot exhaustos vitæq; obitusq; labores,
Illo quo pluvias, quo pellit nubila nutu,
Ablutos fabr excipiet, lætusq; reponet,
Sidereos inter pceres, sanctumq; senatu,
Sub pedibusq; dabit stellantia cernere claustra.

Epistola, quam misit P. Pilatus Tiberio Imp. Ro.

Pontius Pilatus Imperatori Tiberio salutem dicit. Nuper audit ut ego ipse probarem Judæos per nostram invidiam per filiosq; posteros credulitate damnatos esse: Cum promissum haberent patres nostri, quod Dominus noster mitteretur de cœlo filio sancto, qui noster esset vocitatus dicerentur, et hunc cum promissum haberent per Virginem missum: Denique cum illic viderent ut vidissent, nos Judæi cæcos illuminasse, leprosos mundasse, paraliticos curasse, Dæmones à corporibus obsessis effugasse, mortuos resuscitasse, ambulasse, licet pedibus super undas maris, inter aestus mutis, et alia multa fecisse miracula. Cum autem magna multitudo populi Judæorum ipsum non filium Dei dicerent ducti sunt contra nos invidia, mentientes dixerunt, quidam, non, non magis et contra legem nostrum agere. Ego autem credidi verbis nostris ita non et tradidi eum flagellis cæsum arbitrio nostro. Isti autem crucifixerunt eum in ligno et mortem sepelierunt et sepulturæ custodes adhibuerunt. Ipse vero militibus prætorij meum monumentum custodientibus et signatibus tertia die resurrexit de mortuis numero. In tantum autem excessit invidia et malignitas Judæorum ut darent pecuniam militibus meis dicentes: Dicite quod nobis dormientibus venerunt discipuli eius et furati sunt corpus eius et detulerunt. Milites autem mei cum accepissent pecunia mentiti sunt et facta sunt taceri non potuerunt sed nunc resurrexisse de mortuis testati sunt et pecuniam abeis recepisse. Hæc ita tibi Cæsar direxi ne aliter quisq; contra veritatem mentiatur, et ne existimes vero credendum esse mendacijs Judæorum,